



# Università per Stranieri di Perugia

## BIBLIOTECA PALAZZO GALLENGA

PROGETTO DI CONSERVAZIONE E VALORIZZAZIONE  
DEI TESTI ANTICHI DEL FONDO GALLENGA STUART

info:

Paola Attanasio  
Biblioteca Palazzo Gallenga  
Piazza Fortebraccio, 4  
06123 Perugia  
[paola.attanasio@unistrapg.it](mailto:paola.attanasio@unistrapg.it)  
tel. 075.5746704

## Cicero, Marcus Tullius

*M. T. Ciceronis Epistolarum ad Atticum, ad Brutum, ad Quintum fratrem, libri XX nuper exacta recogniti cura MDXXI latina interpretatio eorum, quae in ijs epistolis graece scripta sunt ubi multa et mutata, et addita sunt, admonemus igitur lectorem, ut inde sibi librum corrigat suum.*

Pubblicazione: (Venetiis : in aedibus Aldi, et Andreae socii,  
mense Ianuario, 1521)

Descrizione fisica: [16], 331, [1] c. ; 8°

Note: Numeri romani nel tit.

Marche sul front. (Ancora con delfino  
e la scritta : Aldus)

e in fine (Ancora con delfino. Ai lati : ALDUS)

Leg. in pergamena del sec.16.

Sul contropiatto ant.: ex libris

Pagine con macchie di foxing

Copertina ant. e post. strappata ai margini

Tagli spruzzati in blu

Segn.: 2A-B8 a-2s8 t4


Impronta: i-n- \*-\* umli epde (3) 1521 (R)


Marca: Ancora con delfino e la scritta: Aldus - Sul front.  
e in fine

---

Di seguito alcune immagini significative del testo







T. ADOLPHUS TROLLOPE.

N°

34.

4.

quam in consilio, datae ante tamen, hoc me magis sollicitat, quam omnia. In pensione secunda et ceteris sumus. aliud cogi, conficique potest, quod sit in tuto, ex argento, regis; satis multa, ex sapientiale des operam. iam enim mihi non detur adesse extremum, nec ulla fore conditio pacis, eaque, que sunt etiam sine aduersario peritura. Haec etiam, si videbitur, cum Terentia loquere opportune. Non quo omnia scribere. Vale. III Nonarum Quintil.

M. T. CICERONIS EPISTOLA  
RVM AD T. POMPONIVM  
ATTICVM LIBER  
DVODECIMVS.

T. P. ATTICO.

Ndecimo die postquam a te discesseram hoc literarum ex araua egrediens evilla ante lucem, atque eo die contigitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano. Ibi unum diem. V. Calendarum igitur ad constitutum, atque utinam continuo ad complexum meae Tulliae, ad osculum Atticæ possim currere. Quod quidem ipsum scribe quæso ad me, ut dum confiso in Tusculano sciām, quid garriat in rusticatu, quid scribat ad te, eiique interea, ut scribis, salutem annuntiabis, itemque Tulliae. Et tamen, et si continuo congressuri sumus, scribes ad me, quid habebis. Cum complicare hanc epistolam, noctu abundus ad me

dus ad me uenit cum epistola tua tabellarius. quia leta, de Atticæ febricula scilicet ualde dolui. Reliqua, quæ expectabam ex tuis literis, cognoui omnia. Sed, quod scribis igniculum matutinum reportinare posse est memoriola uacillare. Ego enim IIII Calendarum Axio dederam, tibi III, Quinto, quo die uenisssem, idest V Calendarum. Hoc igitur habebis noui nihil. quid ergo opus erat epistola? quid cum coram sionus, et garimus quicquid in buccam uenit? est profecto quædam  $\lambda\epsilon\chi\mu$ , quæ habet, etiam si nihil subest, collocutione ipsa suavitatem. Hic rumor est. T. Murcum perisse naufragio. Astrium delatum uiuum in manus militum. nauers delatas in uitam reflatu. hoc Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, ut Patetus affirmat. sed author nullius rei quisqua. Habet, quæ, dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea pre nesse. Ibi Hircius, et isti omnes, et quidem ludi dies octo, quæ coenæ? quæ delitiæ? Res interea fortæ transacta est. O muros homines. at Balbus aedificat  $\tau\bar{\iota}\delta\pi\tau\bar{\iota}$  auctori melæ; verum, si quæreris hominem, homini non recta, sed uoluptaria querenti, nonne  $\beta\beta\beta\beta\beta\beta\beta\beta$ . Tu interea dormis. iam explicandum est  $\tau\bar{\iota}\delta\pi\tau\bar{\iota}$ , quid acturus sis. Si quæreris quid putem, ego fructum puto. Sed quid multa? iam te uidebo, et quidem, ut spero, de via recta ad me. Simul enim et diem Tyrannionis constituens, et quid aliud. Vnum te puto natus blandum esse, quod me, et si uterque nostrum est aliquando aduersus aliquem, inter nos certe nunquam sumus. Audi igitur me hoc auctori dicere. ne uiuam Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi certe sum libenter, sed  $\mu\alpha\kappa\sigma\pi\eta\tau\bar{\iota}$

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM  
AD ATTICVM, AD BRVTVM,  
AD QVINTVM FRATREM,  
LIBRI XX. NVPER  
EXACTA RECO  
GNITI CVRA.

M. D. XXI.

Latina interpretatio eorum, quæ in ijs ipsis epistolis  
græce scripta sunt. ubi multa et mutata, et addi-  
ta sunt. Admonemus igitur lectorem, ut inde sibi li-  
brum corrigat suum.



CNe quis alius aut Venetij, aut locorum usquam hosce  
impune libros imprimat, vel aliubi impressos  
sedat, firmis Alexandri VI, Iulij II, ac  
Leonis X, Pontificum, necno et se  
natus Veneti decretis cautu est.

ξιάρ, tolerantiā. uide an sit scribendum, ἀνεξίσκαπον  
μετίωρος, in expectatione. οὐ μπαθίτινος condole-  
ter. νομανδρίαν pastoralem uirorum coetum. ἀνα-  
πίών iura, sic lege, extremas insulæ partes seu pro-  
montoria colentium. σωματικόν, adiutor fui.

πολιτικόν δέ, ciuilius. εἰ διάλω in turba. εἰ-  
κράταια tributa per capita. οὐ μηριοδοσούσιν eadem  
ambitione certant. πεφάλαιον αρπιτ. οὐ μπαθεῖα,  
condolentiam. νεμεσῶν indignari. τὰ φυοντά ab  
inuidendo. εἰ πιτομῆ in breuiario. τανχ, que-  
dam tanq authore pane deo terricula, de quo terror ele-  
gē Euripidem in Medea. οὐνά τὰ πλέουν communia  
belli. μώμῳ, linori. λαμπρά. splendida. εἰ παρόδῃ,  
in trascursa, obiter. ἀπρόσιτον non facile accessu legi-  
tur etiam sic. εἰ quod infidulatoribus eius ἀπρόσιτον  
me, nō modo ἀσωροδόκιτον, idest incorruptum lar-  
gitione & muneribus præbui. εὶ hæc uidetur mihi ue-  
ra lectio. κίρας cornu. legitur εὶ περασά, cornuta.

#### Quæ in quaternione. l.

οὐ μεριμnati felici eius dici successu. ἀντοτελατῶν.  
extremum. μετάτικον dulce & amarum, interpo-  
nito inter illud & confirmas, folio. 81. ὑπέβολιν, ex-  
cessus. paulo post inter statuas & prohibeo, adde,  
καὶ τέθριππα hoc est inanes quadrigas. πέρατα, cor-  
nua. ὁδοῦ πάρερον obiter de ἐνδομήχῳ ar-  
cano secreto seu penetrali, quod uero sequitur lati-  
num alias sic legitur, probo idem, quod tu posthumie  
filiae quoniā πότνια ungantur. οἰκονομίαν dome-  
sticam curam. οἰχται, euaneſcit. βαθυπτα profun-  
ditatem. ὑπομεμάuros conquestus. εὶ ἀραιότων,  
per extractionem, idest per extorsionem. καὶ πρόσα-

ρεπτομένας & insuper auersam. ἀνοικονήτας in-  
communicabiliter ἴγνελαός μετα inhortamenta.  
ἢ ψόν μετ' ι μοῦ. quod enim bene est, mecum est.  
ἰσοποδία historicum. οὐκ ἔλασσον non fecelliſti. ἀπ-  
λῶς simpliciter, uel ingenue. οἰκονομία domesticas  
cura. ξιδιόλοτα ex tempore agentem. πολίται με  
administrationem publicam. περάσ cornu. ἵσο-  
δικα μοῦσα, aequivalentem. διαρρεον diuisionem.  
ἀγράφον non scriptum. αὐτονομία libertatem  
suis utentem legibus. τὸ παραδοξότατον inopina-  
tissimum. μηδὲν αὐτοῖς subaudi erede nihil illis.  
ἀπραγμάτων οὐκονάδων, οἱ res inconnectibiles, idest  
que male cohaerentes simul componi non possunt.  
ad πόδας ἥραλέους. ad pedes herculis. sic corrige.  
αἰσιοροδία inscritam historiarum, & antiquitatum.  
ὑπόρησο dubitasti. οὐ πολὺ τοῦ δοχαλαίου Eupolim  
ueteris. s. comœdia sic lege. τί λοιπόν; quid reliquum?  
πολλοῦ τε καὶ δεῖ multum abest. χρυσα χαλκείω  
iliados? aurea pro æreis. dele ἀντί.

#### Quæ in quaternione. m.

ἀνατιφώνιτον in quā contra non aliquid dicam.  
αἴσθετον μὲν ανύναδαι, δέοντα δὲ ποδέχθαι. ueriti sunt  
quidem recusare, timuerunt autem accipere. παρι-  
σοῦσα. uide an sit scribendum tibi. παρισοῦσαι idest  
historiam tradere. προπύλαιos uestibulum. ισοριώ-  
τατος historiarū peritissimus. νεότισα, μηper ædifi-  
cata. τῷ τῷν νεών κεταλόψω, in nauium recensione  
apud homerum uidelicet. ἀναλογία, proportio, Ana-  
logia. φλιοῦς. δποῦς. σιποῦς. δπομέτιος δπομέτιος. φλι-  
us phliuntis urbs Lacedæmoniorum. gentile phliunti-  
us. Opus opuntis urbs locrorum. per contractionem,

EPISTOLA AD OCTAVIVM

gatam sibi obtineret. Audient duo Decūs seruire eos ci-  
uēs, qui, ut hostibus imperarent, victoriæ se deuoue-  
runt. audiet C. Marius impudico domino parere nos,  
qui ne militem quidem habere uoluit, nisi pudicum.  
audiet Brutus eum populum, quem ipse primo, post  
progenies eius a regibus liberauit, pro turpi stupro da-  
tum in seruitutem. Quæ quidem si nullo alio, me ta-  
men internuntio ad illos celeriter deferentur. nam si uī  
uus ista subterfugere non potero, una cum istis uitam  
sumu fugere decreui.

FINIS.

AA BB a b c d e f g h i k l m n o p q  
r s t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh uu  
kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt  
Omnes quaterniones, præter tt Duernionem.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI,

ET ANDREAE SOCERI.

MENSE JANVARIO.

M. D. X X I.



ALDVS MANVTIVS R OM. PHILIP  
PO CIVLANO MORAЕ PANNO  
NIO A' SECRETIS REGIS,  
AC ORATORI APVD  
VENETOS, ET COM  
PATRI OBSER.

S. P. D.

Vita mihi grata contingunt in hac mea  
Prouincia plena laborum inclyte Cyula-  
ne, sed illud gratissimum, quod magni et  
uiri, ac principes, qui cunq; amantes sunt  
bonarum literarum, & nos de tantis, assiduisq; labo-  
ribus nostris amant plurimum. quemadmodum & tu  
facias. es enim & literarum, & nostri amantissimus,  
quod sis apprime doctus, nec non ingens decus non mo-  
do Cyulanæ familie, que cum maioribus tuis clara  
est, & insignis, tu te præposito Agriensi, ac à Secretis Re-  
gis, & oratore grauissimo, et integrissimo, iam Quart.  
apud Venetos. Et trib. fratribus tuis Ladislao, Georgio,  
Nicolao ductorib. fortissimis, qui sæpe magnam Tur-  
carum manum pro fide Christiana, & patria strenue  
pugnantes summa cum laude profigauerunt, uerum  
etiam ipsius patriæ tuae Pannoniæ. nam præter doctri-  
nam, & eloquentiam, quib. es prædictus, summa in te est  
modestia, mra probitas, tum acutum ingenium acri ad-  
iunctum iudicio. id quod futurum in te censuit Beroal-  
dus, quem audiisti adolescens, idq; Bononiæ, cum tibi  
suos in Thuscianas M. Tullij quæstiones commenta-  
rios nuncupauit. Non iam igitur multis ornatis uir-  
tutibus, & nos, que tua est humanitas, ualde amas, ut  
ognoscas Aldum tuum non esse ingratum, sed contra,

amantes

amantes sui amare uehementer, sic tibi id uidebatur  
ostensus, si M. Tullij ad Atticum, ad Brutum, ad Quintum  
fratrem epistolas encheiridij forma nuper excu-  
fas cura nostra, sub tuo nomine emitteret in manus stu-  
diosorum. quod eo etiam fecit libentius, quia ualde de-  
lectari te dictione, & eloquentia Tulliana pœte fers,  
nec laudandos ducas, qui eorum authorum, qui citra mil-  
le, & ducentos, trecentos ue annos fuerunt stylo delecta-  
ti, contemnunt Ciceronem, & quicunq; Ciceronis est si-  
millimus, ac si spacio & fastidio triticeo pane, glande  
uescantur doctos ait esse illos quidem, & legendos, sed  
stylum eorum non modo non imitandum, sed fugien-  
dum pro uiribus censes. & recte meo quidem iudicio.  
Idem memini olim dicere Paulum quendam Panno-  
nium, optimo iudicio adolescentem, ac condiscipulum meu  
(dabamus enim operam Baptiste, Guarini filio, in ur-  
be Ferraria.) Ide item Sigismundum Turzum hospitem  
olim meu in Venetijs, humanissimum sane, ac doctissimum  
hominem, & admodum quam studiosum Ciceronis, qui  
paucis post annis præpositus Albensis, deinde Varadi-  
ensis episopus creatus est, cuius immaturo, ac repenti-  
no interitu, ut debeo, doleo. debeo autem plurimum tan-  
to uiro, amicoq; meo summo orbatus. Videntur mihi Pan-  
nonij omnes, (multis enim familiarissime usus sum, qd  
nescio, quod me uobis temperat astrum.) ingenij, iudi-  
cijq; bonitate delectari maxime Ciceronis operibus, &  
tu mi Philippe præter ceteros. Quamobrem acipe nunc  
XX hæc tui Ciceronis epistolarum uolumina, ex qui-  
bus sexdecim scripsit ad Titum Pomponium Atticum,  
qui cum à pueritia, (suerunt enim condiscipuli) con-  
iunctissime semper, & amantissime uixit, ac multo eti-

AA ij

aliquo desiderio reuerti. sed hoc tempore, & ijs mitten  
tibus aideo me trādo, & trādo ēlēpiās.  
quid enim nostri Optimates, si qui reliqui sūne, loquen-  
tur? an me aliquo praeumo de sententia esse deductum?  
Quid Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum  
millibus? Quid uero historiæ de nobis ad annos DC  
prædicarint? quas quidē ego multo magis uereor, quā  
eorum hominum, qui hodie uiuunt rūmusclos. sed opī  
nor excipiamus, & expectemus. si enim deferetur, erit  
quædam nostra potestas, & tum deliberabimus, & iā  
Hercule est, in non acipiendo nonnulla gloria. Qua-  
re siquid θεοφάνυς tecum forte contulerit, ne omni-  
no repudiari. de istis rebus expecto literas tuas, quid  
Arrius narret, quo animo se destitutum ferat, & qui  
Cos. parentur, utrum (ut populi sermo) Pompeius, &  
Crassus, an, ut mihi scribitur, cum Gabino Ser. Sulpici-  
tius, & num, quæ leges nouæ, & num quid noui omni-  
no. & quoniam Nepos proficiuntur, cui nam augura-  
tus deferatur, quo quidem uno ego ab istis capi possūm  
uidere ciuitatem meam. Sed quid ego hæc, quæ cupio  
deponere, & toto animo, atq; omni cura φιλοσοφεῖ?  
sic inquam in animo, sic uellem ab initio. Nunc uero,  
quoniam, quæ putauī esse præclara, expertus sum, quād  
essent inania, cum omnibus Mūsis rationem habere co-  
gito. tu tamen de Curtio ad me rescribe certius. et nunc  
quis in eius locum paretur, & quid de P. Clodio fiat,  
et omnia, quemadmodū tu polliceris, ēpiχολūs scri-  
be. et quo die Roma te exiturum putas, uelim ad mescri-  
bas, ut certiorem te faciam quibus in locis futurus sim,  
epistolamq; statim des de his rebus, de quibus ad te

scripsi,

scripsi, ualde enim expecto literas tuas. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO. S.

Vod tibi superioribus literis promiseram fore,  
q ut opus extaret huius peregrinationis, nihil iā  
magnopere confirmo. sic enim sum complexus  
ocū, ut ab eo diuelli non queā. Itaq; aut libris me dele-  
cto, quorum habeo Antij festuam copiam, aut fluctus  
numero. nam ad lacertas captandas tempestates nō sunt  
idoneæ. à scribendo prorsus abhorret animus. etenim  
rewr̄p̄p̄ix̄, quæ constitueram, magnum opus est. ita  
ualde Eratosthenes, quæ mihi proposueram, à Serapio  
ne, & ab Hipparcho reprehenditur. quid censes, si Ty-  
rannio accesserit? & Hercule sunt res difficiles ad ex-  
pliçandum, & īuocidēs. nec tam possūne ἀνθρ̄  
ρ̄p̄p̄iδαι, quidebantur. & qđ caput est, mihi quæ-  
uis satis iusta causa cessandi est. quin etiam dubitem, an  
hic Antij considā, & hoc tempus omne consumam, ubi  
quidē ego mallem diu nimirū, q Romæ fuisse. tu uero sa-  
pienter Buthroti domū parasti. sed, mihi crede, proxi-  
ma est illi municipio hæc Antiatū ciuitas, esse locū tam  
prope Romam, ubi multi sint, qui Vatiniū nunq; uide-  
rine, ubi nemo sit preter me, qui quenq; ex uiginti uiris  
unum esse saluū uelit, ubi me interpellat nemo, diligent  
omnes. hic hic nimirū πολιτεύον. nam istic nō so-  
lū nō licet, sed etiā taedet. Itaq; ἀνθρ̄p̄tū a nobis, quæ  
tibi unū legamus Theopompino genere, aut etiam aspe-  
riore multo pangentur, neq; aliud iā qēq; πολιτεύομαι,  
nisi disce improbos, & id ipsum nullo cū stomacho, sed  
potius cum aliqua scribendi uoluptate. sed ut ad rē, scri-

d ij

M. T. CICERONIS EPISTOLA  
RVM AD T. POMPRONIVM  
ATTICVM LIBER  
V N D E C I M V S.

T. P. ATTICO.

Cœpi a' te signatum libellum, quē Anteros attulerat, ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflitor, quod qui eas dispensauit, neq; adest istic, neq; ubi terrarum sit, scio. Omnem autem spem habeo existimationis, priuatarumq; rerum in tua erga me mihi perspectissima benevolentia, quam si his temporibus miseris, et extremis præstiteris, hæc pericula, quæ mihi communia sunt cum cæteris, fortius feram. idq; ut facias te obtestor, atq; obsecro. Ego in Cistophoro in Asia habeo ad HS bis, et uicies. hius ius pecuniae permutatione fidem nostrā facile tuebere, quam quidem ego nisi expeditam relinquere putassem, credens ei, cui tu scis iam pridem minime credere, commoratus essem paulisper, nec domesticas res impeditas reliquissim. ob eamq; causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. Te etiam, atq; etiam oro, ut me totum tuendum suscipias, ut si ijs salui erunt, quibus cum sum, una cum ijs possim incolumis esse, salutemq; meam benevolentiae tuæ acceptam reffere. Vale.

T. P.

T. P. ATTICO.

Iteras tuas accepi pridie Nonarum Febr. eoq; ipso die ex testamento creui hæreditate. cx multissimus, et miserrimus curis est una enata, si, ut scribis, ista hæreditas fidem, et famam meam tueri potest, quam quidem te intelligo etiam sine hæreditate tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias, et illam miseram mea culpa, et negligentia, tueare meis opibus, si quæ sunt, tuis, quibus molestum nō erit, facultatibus. cui quidem decesserunt omnia, quod scribis, obsecro te noli pati. in quos enim sumptus abeūt fructus prædiorum? Iā illa HS LX, quæ scribis, nemo mihi unquam dixit ex dote esse detracta. nunquam enim essem passus. Sed hæc minima est ex his iniurijs, quas accepi, de quibus ad te dolore, et lacrymus prohibeor scribere. Ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partem dimidiam ferè exegit. Tuitus uidebatur fore ibi, ubi est, q; apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo sim animo, uellem posses aliquid afferre, quam ob rem id facere possem. Sed si ad cæteras miseras accessit etiam id, quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti de domo) quis me miserior uno iam fuit? Oro, obsecro ignoscere. non possum plura scribere. Quanto morem urgeat, profecto uides. quod si mihi commune cum cæteris esset, qui uidentur in eadē causa esse, minor mea culpa uideretur, et eo tolerabilius esset. Nunc nihil est, quod consoletur, nisi quod tu effici, si modo etiam nunc offici potest, ut nequa singulare afficiar calamitate, et

y iij

720

EPISTOLA AD OCTAVIUM

gatam sibi obtineret. Audient duo Decū seruire eos ci-  
uers, qui, ut hostibus imperarent, uictoriae se deuoue-  
runt. audiet C. Marius impudico domino parere nos,  
qui ne militem quidem habere uoluit, nisi pudicum.  
audiet Brutus eum populum, quem ipse primo, post  
progenies eius a regibus liberauit, pro turpi stupro da-  
tum in seruitutem. Quæ quidem si nullo alio, me ta-  
men internuntio ad illos celeriter deferentur. nam si ui-  
us ista subterfugere non potero, una cum istis uitam  
simul fugere decreui.

F I N I S.

AA BB a b c d e f g h i k l m n o p q  
r s t u x y z aa bb cc dd ee ff gg hh ii  
kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt

Omnes quaterniones, præter tt Duernionem.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI,

ET ANDREAE SOCERI.

MENSE JANVARIO.

M. D. X X I.





AL DVS.